



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XIX. Markgraf Ludwig vereignet dem Elenden-Altare in der Pfarrkirche zu Eberswalde Hebungen aus der Hegermühl, am 11. März 1340.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

**XIX.** Markgraf Ludwig verleiht dem Glenden-Altare in der Pfarrkirche zu Eberswalde Gebungen aus der Hegermühl, am 11. März 1340.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi. Quod nos Ludovicus, dei gratia brandenburgeris et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, dux Bavarie, sacrique romani Imperii Archicamerarius, ob salutare remedium et memoriam perpetuam magnificorum principum marchionum brandenburgeris bone recordationis, predecessorum nostrorum, nostri, heredum et successorum nostrorum appropriavimus et presentibus appropriamus altari Exulum in ecclesia parochiali civitatis nostre Everswolde sito, unum frustum denariorum brandenburgeris annue derivationis et solutionis in molendino Hegermul situm, eo modo, forma et conditione, quibus ipsum frustum dilecti nostri fideles Thidekinus et Henningus, fratres, dicti de Wolmerstorff tenuerunt et possederunt libere et pacifice pertinendum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes vero hujus sunt nobilis vir Guntherus Comes de Swartzburg, dominus Johannes de Buch, capitaneus noster dilectus, Henricus de Riffchach curie nostre magister, Johannes Hufener, camere nostre magister, Beringerus Helo, marscalcus cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Spandow, Anno Domini MCCCXL, in vigilia beati Gregorii Pape.

Aus v. d. Hagen's Beschreibung S. 253 nach dem Originale; in Gerken's Codex VI, 434 aus einem Copialbuche abgedruckt mit dem Datum in die b. Gregorii.

**XX.** Markgraf Ludwig verbindet den Altar Petri und Pauli in der Pfarrkirche zu Eberswalde mit dessen Gebungen im Hufenzins zu Bernäuchen mit der Kirche des heiligen Geistes zu Eberswalde, am 3. Dezember 1343.

Noverint etc. Quod nos etc. —, ad liberam et voluntariam resignationem altaris beatorum Petri et Pauli apostolorum, in ecclesia parochiali civitatis nostre Eberswald siti, per honestum et discretum virum dominum albertum de gorlicz nobis factam, id ipsum altare ecclesie sancti spiritus civitatis predictae cum singulis suis pertinentiis, videlicet cum IIII choris siliginis totidem ordi et cum duobus talentis denariorum Brandenb. in censu mansorum opidi warnowe situatis annue pensionis siue solutionis ad id debite pertinentibus singulis annis in festo beati Martini soluendis, unimus, connectimus, incorporamus et presentibus duximus vniendum, Tali tamen conditione interposita vel adiecta, quod altare prenotatum per provisores siue rectores ecclesie sancti spiritus prenotate, qui vel quicumque fuerint, in officiiis divinis, prout hactenus in ipso peractum est, in antea in magnificorum principum Marchionum Brandenb. bone recordationis predecessorum nostrorum, nostri, heredum ac successorum nostrorum salutem commendabiliter peragatur. Ita tamen, quod si quid in necessariis debitis ad altare predictum spectantibus ydonee persone id ipsum officiantis superfluxerit, eundem superfluxum in egrotorum ibidem decumbentium vsus siue necessaria per provisores ecclesie sancti spiritus pretacte evidenter dirigi volumus et conuerti. Poterunt etiam consules et ipsius sancti spiritus provisores eidem altari nostro habito consensu de persona ydonea, quociens se facultas obtulerit, in antea providere. In cuius Testes Ber. coquine magister, ott. zenger, Zacha-